

Summi Pontificis Apocritarj autoritate.<sup>1</sup> Is vero cum ea quae a Summo pontifice siue gesta siue responsa fuerant ignoreret, procuratori nostro praefata Scripta ab ipso sciscitanti, se nedum in cella uidisse pontificis sed et obiecta legisse ac percurrisse vltro fateri non dubitavit. Verum huiusce ingenuae confessionis eum cito nimis paenituit dum Pontificem scripta haec Inficiantem Intellexit, unde ad ipsum deinde redeuntem procūr. generalem, parum liberaliter exceperit, tantisperque oburgauit quod eum de negatiuo pontificis responso non praemonuerit illiusque probri obiecerit.

Paucis diebus interiectis procurator generalis alterum—imo grauiorem parauit supplicem libellum quem pro Sua in nos Benevolentia Eminentissimus Cardinalis de la Trimouille publico in Consistorio Summo pontifici denuo exhibere non est grauatus. Quo attente lecto Summus Pontifex se quidem praefata scripta accepisse haud diffiteri voluit, sed ea mox cuidam Theologo discutienda tradidisse significauit, eo certe animo vel procuratori generali illorum copiam concedendi si quid in eis notatu aut castigatu dignum repertum fuerit, sin minus ea penitus reiiciendi. hic notatum velim (quod ex audientia pontificis inferri nobis licuit) quod oblata Scripta summo studio praelegerat Summus pontifex, omniaque causae merita serio perpenderat antequam rei examen alicui committeret, ne in arduo difficilique negotio subita ac repentina consilia caepisse videretur.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Am Rande: „M<sup>gr</sup>. Batelli“; nach App. Bened. XVIII, 63<sup>b</sup> bekleidete derselbe die Stelle eines päpstlichen Secretärs.

<sup>2</sup> Vgl. die Abschrift eines Briefes Dom Claude de Vie's an Dom Robert Marcland aus Rom, 8. November 1707 (App. Bened. XVIII, 62): „... ce desaveu du Pape, que nous auons cru precisement, bien informez que nous etions du contraire, n'a pas empeché nostre R. P. Procureur general de faire un 2<sup>d</sup> memorial pour demander une secondefoy la communication de ces Ecritures. Ce dernier Memorial qui fut presenté avant hier au pape par M. le Cardinal de La Trimouille a eu plus de force que le premier puisqu'il a fait avouer a Sa Sainteté qu'il etoit vray qu'Elle avoit en ces Ecritures, mais qu'Elle les avoit données a examiner a une personne qui devoit luy en faire le rapport. Sa Sainteté apres avoir dit en riant a M. le Cardinal, qu'il sembloit que nous nous deffions de sa parole a promis a cette Eminence ou de supprimer ces Ecritures si elles n'ont aucun fondement, ou de nous les communiquer si les accusations sont justes. Dieu veuille qu'il tienne sa